

Quare per
fe notum sit
Deum esse.

Aristotelis
locus pul-
cherrimus.

Aureolus.

naturale videtur, quod minimè situm est in videri, & non videri, sed conceditur apud omnes, quale est ius naturale, ac manifestum est omnes Deum aliquem sibi constituisse, aut saltem concepisse, omnis enim congregatio Deum aliquem semper coluit, tametsi de uinitate minus conuenerint. Denique cum propositio, qua supponit aliam, per se nota est, prima, qua supponitur, & in supponente continetur, si non potiori, pati saltem iure nota esse debet, at hac propositio, Deus colendus est, per se nota est, est enim communis animi notio, & naturæ lege præscriptum, vt Deo cultus exhibeat, vnde philosoph. 2. poster. ait quæstio quid est, præsupponit notum esse, si est: omnes autem inquirunt, quid sit Deus, vnde fit, inquit Aristot. 2. Rhet. vt qui iniusta fecerint, timeant, quia arbitrantur quiddam diuinum auxiliari iniusta patientibus: & quamvis non statim quilibet simpliciter intuitu Deum esse apprehendat, illud saltem imperceptibili syllogismo concipit, vt Au-

reol. d. 2. primi, aduertit, cum enim inter creaturas alias nobiliores esse deprehendit, in quodam summo mens figuratur, quod Deum appellat, vnde nascitur illa notio communis, aliquid adrandum esse.

Hic autem aduertendum est cum hereticum dici posse, qui Deum esse, si non iuxta syllogistam Aristotelis, sufficienter saltem, vt hominibus illa veritas persuaderi possit, minimè demonstrari posse dixerit, vt Bannet. ait quæst. 2. art. 2. in prim. partem D. Thom. vt iam Alliaci opinio sustineri nequeat, dum omnes Aristotelis rationes ex 7. & 8. physic. & 11. ac 12. metaph. de prompris soluere nititur, nisi forte tantum neget illas rationes, quibus Deum esse probamus, non ea omnia contineat, quæ philosophus in veris, ac propriis sumptis demonstrationibus requirit. Audiamus iam omnes creature, quæ faintur se ex nihilo productas esse.

Bannet.
Alliacus.

RATIO IX.

Sumitur ex eo, quod creature sint ens, productum ab alio, de nihilo
& tres, aut 4. rationes inuoluit.

S. Dionys.
Arceopag.

Durandus.

Tres viae
quibus De
agnoscitur,
eminentia,
causalitas,
& negotio-

Psal. 18.

Præclarus,
& difficilis
locus S.
Dionysi.

SVNT qui viam negationis, seu remotionis, via affirmationis anteponant, vt sculpturam picturam, qua Deum esse probent, vnde nihil affirmare, sed omnia de Deo negare videntur, vt D. Dion. qui cap. 7. de nomin. diuin. ait, Deus non est terra, aqua, aer, lapis, arbor, bellua, homo, angelus, sed his omnibus nobilio aliiquid; quam D. Dionysij doctrinam subtiliter Durandus explicat secundum tria, viam in creaturis spectari pollunt; quilibet enim creatura est ens, productum ab alio, de nihilo; ex eo quod ab alio producta est, cauferi efficiens agnoscit, quia vero de nihilo producta est, si conferuantur influxus subtrahatur, veribilis est in nihilum, denique quatenus est ens, aliquam perfectionem importat; vbi 3. modos, quibus Deus esse probemus, insinuat; siquidem, vt est ens, viam eminentia: vt est ab alio, viam causalitatis: vt vero in nihilum redigi potest, viam negationis ipsa creatura nobis suggestit, vt ex omni parte Deum esse, omnis creatura ipsi etiam surdis intonet, vt de rebus omnibus, præcipue vero de causis meritis psaltes affirmaverit. Psal. 18. Non sum loquela, neque sermones, quorum non audierunt voces eorum: tametsi enim non eum, vt est, perfecte cognoscamus, satis tamen agnoscimus, vt eum veneremur, atque summis laudibus effemeramus, quod satistis Areopagitæ sanctus, declarat his verbis vbi supra:

μητὸν ἐν τῷ πάτερ τοῦ οὐρανού σχετούσες, οὐκ εἰς αὐτὸν πεπονθέντες, οὐκ εἰδότες τὸν, οὐκ ομοιωμένον τῷ θεῷ αὐτῷ καὶ διηγματων ἔχοντες, οὐκ τὸ ιππεῖα μυτῶν οὐδὲ οὐκ τὰς εἰδήσεις διεργατῶν αὐτοῖς εἰ τῷ πάτερ τοῦ αὐτοῖς εἰς ταῦτα, οὐκ εἰ τῷ πάτερ αἵρεται. Διὸ οὐκ εἴ τοι οὐδὲ τοῖς μυωνταῖς, οὐκ χωλεῖς μυτῶν οὐδὲ γνωστῶν, οὐδὲ αἴρεσθαι, οὐκ εἴ τοι οὐδὲ νοέσθαι, οὐδὲ δίδοσθαι, οὐδὲ ἐποφθαλμεῖν, οὐδὲ δοξάζειν, οὐδὲ φαντασίαν, οὐδὲ ὄντα, οὐδὲ τὰ δέντα μαλακά, οὐδὲ νοέσθαι, οὐδὲ λέγεσθαι, οὐδὲ οὐνούσθαι. οὐκ εἴ τοι οὐδὲ τοῖς μυωνταῖς, οὐδὲ εἴ τοι τοῖς μυωνταῖς.

maina 23. οὐκ εἴ οὐδεὶς οὐδεὶς, οὐκ εἴ οὐδεὶς οὐδεὶς. Quod ita vertunt. Verè fortassis hoc dicetur, Deinos habere notitiam, non ex ipsis natura (est enim incognita, omnemque rationem, mentemque superat) sed ex rerum omnium descriptione, vt quæ ab eo prolatæ sit in lucem, & imagines quadam similitudinæ diuinorum eius exemplarium in se contineat, ad id quod omnia superat, via & ordine pro virili parte, omnium detractione, & præstantia, omniumque causa ascendimus. Itaque in omnibus Deus noscitur, & sine omnibus scientiaque Deus cognoscitur, & ignoratione; estque eius & notitia, & ratio, & scientia, & tactus, & sensus, & opinio, & visio, & nomen, & cetera omnia; & neque intelligitur, neque nominatur; non etiamq; est aliquid eorum, quæ sunt, nec in quoquam eorum, quæ sunt, noscitur: & in omnibus est omnia, atque nihil in quoquam, omnibusque ex omnibus cognoscitur, & ex ipsis rememini. Durandus vero Durandus. hanc ex via remotionis argumentationem elicit. Quicquid est ab alio, potest non esse, quilibet influxus conservantis sublatu: at aliquid est, quod sublatu: quilibet influentia non potest non esse, igitur non omne quod est, est ab alio, quod autem non potest non esse, solus est Deus, qui à nullo dependet; maiorem probat, quia si nulla in quauna causa quidquid produxit, nihil productum est; tametsi vero sic aliquid productum, si lucis instar à causa sua, vt à Sole dependeat, influxu causa sublatu: tolletur illud; probat autem non omnia esse ab alio, nam si quodlibet ens posset non esse, id iam intellectu statuamus; tunc sequitur impossibile, nempe quod nihil in quauna poterit esse; nam si nihil esset, tunc quicquid futurum esset, vel fieret, (si intellectu futurum aliquid gratis concedamus, vel esset a seipso, vel ab alio; non primum, quia nihil impossibilius est, inquit S. Aug. 1. de Trinit. cap. 1. quād ut aliquid producat ipsum, quicquid enim sit, ab ente actu sit: non se-

D. August.